



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

57. An liceat exemptis ædificare hospitale in di cesi Episcopi, hac lege ne  
ei subjiciatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

si totent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statutorum, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel eiusdem temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M. D. C. XXII. Nonis Februarii, Pontificatus nostri Anno secundo.

V. Dat.

Registrata in Secretaria Brevium

8. de Vrfinis

QVÆSTIO LVII.

An liceat exemptis ædificare Hospitale in diœcesi Episcopi hac lege ne ei subiciatur.

SUMMARIUM.

1. Distinguedum est inter hospitale religiosum & prophanum & qualiter discernatur. P. Auctis respondendum distinctione loci religiosi & prophani, Religiosum hospitale iudicatur esse, si eidem præficiatur sacerdos; appendantur campanæ, erigatur altare, aliaque eiusmodi plurima fiant ex quibus signa & nota religiosæ doctrinæ colliguntur. Ita Calderin. cons. 1. & 4. de relig. domib. Fel. cap. de quarta de præmissis. Illud nolente etiam fundatore cedit subicieturque iurisdictioni Episcopi. Calder. d. loco ca. de Xenodochijs de religio domib. dixi supra li. 1. q. 36. ubi probavimus non enim fieri potest, quin leges in dispositione fundatoris vires obtineant. nemo potest ff. de leg. 1. c. requisisti de testam. vid. q. 36. Si verò Hospitale sit mere sæculare, tum testatore nolente, Episcopo non subicietur. Lapus alleg. 42. incip. queritur de tribus glo. Clem. quia contingit de relig. dom. ubi DD. Fel. cap. cum inter col. 2. de re iud. Id quod elegantè notavit Cardinalis Cons. 11. incip. quadam societas pro Hospitali S. Mariae de Cepopistorij asserens, quod quando construitur oratorium mere sæculare, sine aliqua Ecclesiæ vel loci sacri figura, valet factum fundatorum quod Episcopo non subicit, qua de re per nos aliquid supra annotatum est lib. 1. cap. 31. sub eadem & cap. 36. Ratio est, quia eiusmodi locus est mere prophanus, ideoque à iurisdictione spirituali immunis, id quod à nobis probatum est supra d. quæst. 31. num. 5. & seqq. ad hæc quibusdam limitationibus.

QVÆSTIO LVIII.

Indulgentiæ quas Episcopi concedunt, an prodesse possint exemptis.

SUMMARIUM.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Inferior Episcopo indulgentias concedere non potest.      | 5. Episcopalis indulgentiis fruuntur exempti.     |
| 2. Indulgentiæ sunt iurisdictionis Episcopalis.              | 6. Inducta in favorem non convertuntur in odium.  |
| 4. Peregrinantes non gaudent indulgentiis alterius diœcesis. | 7. Exempti certo respectu subiciuntur ordinariis. |

Xx 3

Ne